Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lxxxvij.

ibim duxerunt et tradiderunt
pilato. Et interrogauit eum
pilatus. Tu es rex iudeorum?
At ille respondens ait illi.
Tu dicis. Et accusabat
eum summi sacerdotes multis.
Pilatus autem rursum interro
gauit eum dicens. Nonne
quidquid? Ecce in quantis
te accusant? Hic autem amplius
nihil respondit; ita ut mira
retur pilatus. Per diem autem
festum dimittere solebat illi
unum ex vinctis quemcumque
petissent. Erat autem qui
dicebatur barrabas qui
cum seditiosis erat vinctus;
qui in seditione fecerat homicidium.
Et cum ascendisset turba; cepit
rogare sicut semper faciebat illi.
Pilatus autem respondit eis et
dixit. Vultis dimittam vobis
regem iudeorum? Sciebat
enim quod per invidiam tradidissent
eum summi sacerdotes. Pontifices
autem concitauerunt turbam;
ut magis barrabam di
mitteret eis. Pilatus autem
iterum respondit illi. Quid ergo
vultis faciam regi iudeorum?
At illi iterum clamauerunt.
Crucifige eum. Pilatus
vero dicebat illis. Quid enim
mali fecit? At illi magis
clamabant. Crucifige eum.
Pilatus autem volens populo
satisfacere dimisit illi bar
rabam; et tradidit iesum fla
gellis cesum ut crucifigeretur.
Milites autem duxerunt eum in
atrium pretorii; et vocant
totam cohortem. et induunt
eum purpura. et impo
nunt ei plectentes coronam.
et cepunt salutare eum. Ave
rex iudeorum. Et percutiebant
caput eius arundine et
conspuebant eum; et ponentes
genua adorabant eum.
Et postquam illuserunt ei exu
erunt illum purpura et indue
runt eum vestimentis suis; et
eduxerunt illum ut crucifigerent.
Et angariauerunt pretereuntem
quempiam simonem cyrenen
venientem de villa prem a
lexandri et rufi; ut tollet
cruce eius. Et perducunt illum